Singulare tuum in me studium, quam nullis meritis meis provocatum, tam solo humanitatis tuae iudicio quotidie auctum est, Vir nobilissime. Et iam intelligo, quantum sollicitudinis habeat, tantum tibi debere. Interim mentem meam, virtutibus tuis inprimis devotam, sicut impari facundia, ita summo candore, in huius libelli aditu, publice testari ausus sum. Sed et tuorum meritorum sic apud te meminisse debebam, qui tot nova et tanta iis quotidie superaddis, ut priorum oblitus videaris. Itaque in magna spe sum, fore, ut qualecunque hoc officium nostrum, quod nisi ingrato diutius differre non licebat, haud ingratum tibi accidat; et, si inepta displiceant (quomodo enim placere ista tibi possint, tantâ sapientiâ viro?) saltem non displicitura sint, quae hic leges, quicquid obviâ, ut cum auctore isto etiam hic loquar, similitudine exprimis, aliena. Vale, illustris Domine, et benivolentiam tuam integram mihi conserva. Lugd. Bat. CIƆIƆCXLII, Kal. April.

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Illustri tuo nomini

dicatissimus

Marcus Zuerius Boxhornius.

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boxhorn) 11
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2972

Illustri Viro,
CONSTANTINO HUGENIO,
Equiti, Zuylichemi Domino, Principi Arausionensi à consilijs et secretis.

Hagam Comitis.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Boxhorn) 11
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/2972